



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ludouicus Caldeira.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Ab Alexandrinis Schismaticis Romanæ fidei perinfectis magna perpeffus, & ad mortem damnatus, ipfo quo in odium Orthodoxæ fidei fufpendi debebat die, P Ludouico Caldeiræ ad genua fupplex aduolutus, enixè petijt funi fuo, & fibi benedici: & fufpēsus, lapidibus eft appetitus. Propertius Medicus, Bruni germanus, datus à Bruno ad fe ex Æthiopia literas admouit humero, in quo acerbis doloribus yrebatur, à Deo per Brunum fanitatem petens, fi verum efferet quòd P. Brunus in Romanæ fidei odium occifus efferet. Confestim ceflit dolor, nec redijt.

Lufitanus.
ibid.
etat. 55.
Soc. 39.

P. Ludouicus Caldeira.
 Hic Bruni comes fuit in
 Apoftolatu Æthiopico, ac
 fo-

focius ærumnarum. Suspendendo P. Bruno, & eius funi benè precatus, ille quoque post Brunum pari de causa suspensus est; & vterque lapidum imbre impetitus, pro more Æthiopū Catholicos hac morte damnantium. Schismatici repertam Crucifixi quâ Brunus, & Ludovicus utebantur, effigiem abiecere, ceu idolum Romanæ fidei, vt illi aiunt. Corpora de patibulo deposita custodita sunt per diligentem: postea incertum, quò euauerint, cum nec ab hominibus, nec à feris ablata fuisse constaret. Alijs diuinitus ibi actum quidpiam opinatis, malim existimare attentam sagacis cuiuspiam Catholici industriam, pio ingenio, modum aliquem,

Fides.

reperisse quo illa clam sub-
legetur ad priuatam vene-
rationem.

P. Henricus Vualpolus.

*Anglus.
Eboraci.
17. April.
1595.
ætat. 36.
Soc. II.*

Adhuc adolescens cum
esset, viginti hæreticos or-
thodoxis lucrifecit: ad So-
cietatem exemplo suo vnum
suum consobrinum, & tres
germanos suos pellexit. An-
no 1593. 4. Decembris cap-
tus, Eboraci iudicibus pro-
didit se quis esset; scripto
quoque porrecto testatus, se
fidei causâ in Angliam re-
uertisse. Adiecit in eodem
commentariolo controuer-
sa quædam; & paræneticam
de fide Catholica amplectē-
da; oblatam etiam ab ami-
cis occasionem è carcere fu-
giendi fortiter aspernatus.
In Londinensem carcerem
compactus 25. Febr. anno

Fides.

1594.